

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum Quaestionum moralium, in universam
Aristotelis philosophi summi Ethicen**

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. III. - An rectè diuidatur amicitia in tres species

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](#)

ORALIVE
quaestio
offea definitio
ac hic definitio
QVAESTION. LIB. VIII. 506
odio habeat: ergo non est necessario ut sit nota certa, be-
nevolentia sicut definitio postulat.

Resp.

Scientia hic pro coniectura seu opinione in experie-
tia fundata sumitur: quae sepe fallax non est si modio
salis, ut aiunt, conditatur.

C A P. III.

*An recte diuidatur amicitia in
tres species.*

DEFINITIONEM amicitiae diuisio
deiusdem sequitur, nempe ut alia sit
per se, alia per accidens: illa studiosa &
firma, haec utilis vel iucunda dicitur. Ut
ergo est triplex obiectum amicitiae, ho-
nestum, utile, iucundum: ita tres species a-
miticiæ assignantur, quarum prima ab ho-
nesto, secunda ab utili, tertia à iucundo
fluit. Haec duo postrema genera scilicet
ab utili & iucundo nihil firmitatis, nihil
constantiae habent. Qui enim utilitatis
causa amicitias sequuntur, suis commo-
dis; & qui delectationis causa, amorem Amici facti
plurimi re-
sua ipsorum voluptate metuntur: quippe periuntur.
alios non colunt, quia boni sunt, sed quia

Amicitiae
tres species.

Mm vti-

vriles & iucundi, vbiq; & passim reperiuntur tales amici, qui fluentibus diuitiis de-
liciisq; præstò adsunt: qui refluentibus
celeriter & procul auolant: qui velutia-
raneæ se filo librant donec prædam ce-
perint, at naufragio factò in scapham, ut
aiunt, periclitantibus amicis fugiunt. O
quot sunt istis temporibus qui circumli-
nunt sua labra amoris nectare? quot sunt
qui alios fallunt & irretiunt amicitie no-
mine & os semper rosam, mens semper
spinam habet. Talesq; amici talesq;
amicitię (vt hic docet philosophus) fa-
cillimè dissoluuntur. Rectè Ouidius de
primo istorum genere,

Lib. de tristi-
bus.

Donec eris fælix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Sapienter etiam de Secundo in 1. lib.
de Ponto queritur.

Illud amicitia quondam venerabile nomen
Præstat: & in questu pro meretrice sedet.

Valeant ergo senes, qui Pluto propter
diuitias: valeant iuuenes, qui veneri pro-
pter suas Laidas mancipantur. Quippe
nec hi, nec illi verè amici haberidebent.
Restat igitur illam esse solum perfectam
ami-

Quæ perfe-
cta amicitia.

amicitiam, quia boni viri pati virtute prædicti inter se consolantur; cuius tam stabilis & firma est possessio, ut re nulla alia præterquam morte (quæ est ultima retinuum lineæ) dirimatur. Hæc non temerè, sed consultò; non ad diem, sed in perpetuum suscepit accrescit quasi in robur, ut nullo lubricæ fortunæ statulabefactari possit. Hæc definitur virtus qua ab alio propter similitudinem morum in consensione virtutis alter idem fiat. Quid enim est amicus nisi alter ego? quid amicitia nisi vius amici in alterius naturam veluti comutatio?

Distirctio:

Causa aman-	di est, vel	{	Fortuna, vnde amicitia propter vtile.	} ducitur. Causæ amicitiæ tres;
			Affectus, vnde amicitia propter delectabile.	
			Virtus, vnde amicitia propter honestum	

Opp:

Et in hoc tertio, & in quarto capite dua priores species amicitia fortuitæ & fucata dicuntur: ergo amicitia ut genus in species veras non dividitur.

Mm 2 Resp.

Resp.

Est ista diuisio analogi (nō vni voci) in sua significata.

Opp.

*Amicitia propter honestum, teste philosopho in textu,
est etiam propter utile & iucundum: ergo membra istius
distinctionis non sunt opposita.*

Resp.

*Absurdum non est concedere nobilissimam illam ami-
citiam propter honestum, utile, & iucundum esse: nō ta-
men sequitur hæc membra inter se confundi. Nā vt li-
nea & superficies naturaliter cōstituunt corpus, à quo
tamen formaliter differunt & distinguuntur: ita ami-
citia utile & iucunda secundū materiam in honesta a-
micitia, non autem secundum formam continentur.*

Opp.

*Pater sepe amat prodigum & contumacem filium,
non propter utile, quia exhaustit omnia, nō propter iu-
cundum, quia dolorem incitat, non propter honestum,
quia est perniciosus: ergo ista diuisio omnia genera ami-
citiae non comprehendit.*

Resp.

*Pater filium prauum quomo-
do amat. Amat pater malum filium propter iucundum, non
quod sit malus, sed quod in filio sui partem, nomen, vi-
tam & imaginem videat: quodq; in illo spem habeat
naturalis & perpetua successionis.*

C A P.